

MASS PROPER: THURSDAY OF PASSION WEEK IN LENT

MASS Omnia, quæ fecisti (violet)

INTROIT Dan 3:31

Omnia, quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ. Ps 118:1 Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Omnia, quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut dignitas condicióis humánæ, per immoderántiam sauciáta, medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Dan 3:25, 34-45.

In diébus illis: Orávit Azarías Dóminum, dicens: Dómine, Deus noster: ne, quæsumus, tradas nos in perpétuum propter nomen tuum, et ne díssipes testaméntum tuum: neque áuferas misericórdiam tuam a nobis propter Ábraham diléctum tuum, et Isaac servum tuum, et Israël sanctum tuum: quibus locútus es, póllicens, quod multiplicáres semen eórum sicut stellas cæli et sicut arénam, quæ est in lítore maris: quia, Dómine, imminúti sumus plus quam omnes gentes, sumúsque húmiles in univérsa terra

All that Thou hast done to us, O Lord, Thou hast done in true judgment: because we have sinned against Thee, and have not obeyed Thy commandments: but give glory to Thy name, and deal with us according to the multitude of Thy mercy. Ps. Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. All that Thou hast done to us, O Lord, Thou hast done in true judgment: because we have sinned against Thee, and have not obeyed Thy commandments: but give glory to Thy name, and deal with us according to the multitude of Thy mercy.

Grant, we beseech Thee, almighty God: that the dignity of human nature wounded by excess, may be reformed by the practice of salutary self-denial. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days: Azarias prayed to the Lord saying: O Lord, our God, deliver us not up for ever, we beseech Thee, for Thy name's sake, and abolish not Thy covenant. And take not away Thy mercy from us, for the sake of Abraham, Thy beloved, and Isaac, Thy servant, and Israel, Thy holy one: To whom Thou hast spoken, promising that Thou wouldst multiply their seed as the stars of heaven, and as the sand that is on the sea shore. For we, O Lord, are diminished more than any nation, and are brought low in all the

hódie propter peccáta nostra. Et non est in témpore hoc princeps, et dux, et prophéta, neque holocáustum, neque sacrificium, neque oblátio, neque incénsum, neque locus primitiárum coram te, ut póssimus invenire misericórdiam tuam: sed in ánimo contríto et spírítu humilitátis suscipiámur. Sicut in holocáusto aríetum et taurórum, et sicut in mílibus agnórum pínguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi: quóniam non est confúsió confidéntibus in te. Et nunc séquimur te in toto corde, et timémus te, et quærimus fáciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobíscum juxta mansuetúdinem tuam et secúndum multítúdinem misericórdiæ tuæ. Et érue nos in mirabílibus tuis, et da glóriam nómini tuo, Dómine: et confundántur omnes, qui osténdunt servis tuis mala, confundántur in omni poténtia tua: et robur eórum conterátur: et sciant, quia tu es Dóminus, Deus solus, et gloriósus super orbem terrárum, Dómine, Deus noster.

GRADUAL Ps 95:8-9

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus: adoráte Dóminum in aula sancta ejus Ps 28:9 Revelávit Dóminus condénsa: et in templo ejus omnes dicent glóriam.

GOSPEL Luke 7:36-50

In illo témpore: Rogábat Jesus quidam de pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingrèssus domum pharisæi, discúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit, quod accubuisset in domo pharisæi, áttulit alabástrum unguénti: et stans retro secus pedes ejus, lácrimis coepit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat, et

earth this day for our sins. Neither is there at this time prince, or leader, or prophet, or holocaust, or sacrifice, or oblation, or incense, or place of first fruits before thee, that we may find Thy mercy: nevertheless, in a contrite heart and humble spirit let us be accepted. As in holocausts of rams, and bullocks, and as in thousands of fat lambs: so let our sacrifice be made in Thy sight this day, that it may please Thee: for there is no confusion to them that trust in Thee. And now we follow Thee with all our heart, and we fear Thee, and seek Thy face. Put us not to confusion, but deal with us according to Thy meekness, and according to the multitude of Thy mercies. And deliver us, according to Thy wonderful works, and give glory to Thy name, O Lord: and let all them be confounded that shew evils to Thy servants, let them be confounded in all Thy might, and let their strength be broken: And let them know that Thou art the Lord, the only God, and glorious over all the world, O Lord, our God.

Bring up sacrifices, and come into His courts: adore the Lord in his Holy court. The Lord will discover the thick woods: and in His temple all shall speak His glory.

At that time one of the Pharisees desired Jesus to eat with him. And He went into the house of the Pharisee and sat down to meat. And behold a woman that was in the city, a sinner, when she knew that He sat at meat in the Pharisee's house, brought an alabaster box of ointment. And standing behind at His feet, she began to wash His feet with tears and wiped

osculabátur pedes ejus, et unguénto ungébat. Videns autem pharisæus, qui vocáverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset Prophéta, sciret útique, quæ et qualis est múlter, quæ tangit eum: quia peccátrix est. Et resóndens Jesus, dixit ad illum: Simon, hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait: Magíster, dic. Duo debitóres erant cuidam fæneratóri: unus debébat denários quingéntos, et álius quinquagínta. Non habéntibus illis, unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eum plus díligit? Respóndens Simon, dixit: Æstimo, quia is, cui plus donávit. At ille dixit ei: Recte judicásti. Et convérsus ad mulíerem, dixit Simóni: Vides hanc mulíerem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti: hæc autem lácrimis rigávit pedes meos et capíllis suis tersit. Ósculum mihi non dedísti: hæc autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes meos. Óleo caput meum non unxísti: hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam: Remittúntur tibi peccáta. Et coepérunt, qui simul accumbébant, dícere intra se: Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

OFFERTORY Ps 136:1

Super flúmina Babylónis illic sédimus et flévimus: dum recordarémur tui, Sion.

SECRET

Dómine, Deus noster, qui in his pótius

them with the hairs of her head and kissed His feet and anointed them with the ointment. And the Pharisee, who had invited Him, seeing it, spoke within Himself, saying: This man, if He were a prophet, would know surely who and what manner of woman this is that touches Him, that she is a sinner. And Jesus answering, said to him: Simon, I have somewhat to say to thee. But he said: Master, say it. A certain creditor had two debtors: the one owed five hundred pence and the other fifty. And whereas they had not wherewith to pay, he forgave them both. Which therefore of the two loves him most? Simon answering, said: I suppose that he to whom he forgave most. And He said to him: Thou hast judged rightly. And turning to the woman, He said unto Simon: Dost thou see this woman? I entered into thy house: thou gave Me no water for My feet. But she with tears hath washed My feet; and with her hairs hath wiped them. Thou gave Me no kiss. But she, since she came in, hath not ceased to kiss My feet. My head with oil thou didst not anoint. But she with ointment hath anointed My feet. Wherefore, I say to thee: Many sins are forgiven her, because she hath loved much. But to whom less is forgiven, he loves less. And He said to her: Thy sins are forgiven thee. And they that sat at meat with Him began to say within themselves: Who is this that forgives sins also? And He said to the woman: Thy faith hath made thee safe. Go in peace.

Upon the rivers of Babylon, there we sat and wept: when we remembered thee, O Sion.

O Lord our God, Who in these

creatúris, quas ad fragilitátis nostræ subsídium condidísti, tuo quoque nómini múnera jussísti dicánda constítui: tríbue, quæsumus; ut et vitæ nobis præsentís auxiliúm et æternitátis efficiant sacraméntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte jubeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

COMMUNION Ps 118:49-50

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

POSTCOMMUNION

Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de munere temporáli, fiat nobis remédium sempitérnum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

elements, which Thou has created for the support of our weakness, hast commanded gifts to be appointed and dedicated to Thy name: grant, we beseech Thee, that they may be made the support of our present life, and may become a sacrament for all eternity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Be Thou mindful of Thy word to thy servant, O Lord, in which Thou hast given me hope: this hath comforted me in my humiliation.

May we receive with a pure heart, O Lord, that which we have taken with our mouth, and may this temporal gift become for us an eternal remedy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Esto, quæsumus, Dómine, propítius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent, respuéntes; tuórum pótius repleántur delectatióibus mandatórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Bow your heads to God. Be merciful to Thy people, we beseech Thee, O Lord: that rejecting those things which displease Thee, we may rather be filled with the delights of Thy commandments. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.